



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

§. 1. Principium 1. Omnia sunt licita, quæ nulla lege, aut Jure sunt verita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

à se commisso in actione, si hanc ex probabili sententia licitam esse putaverunt, dum eam exercuerunt, uti communiter docent Doctores.

Deducitur 2. Frustra provocari à sententia Judicis, quæ valore suum quocunque ex capite non est fortis, uti in casu le. ex consensu dicitur.

Deducitur 3. Non obligari ad restitutionem Fami- lum, qui publicum crimen de altero in loco, in quo publicum est, narravit, uti Fagand. Lessii. Filliut. Dian. & plures alii apud Lugon. d. 14. de Iustit. n. 72. docent.

### A R T I C U L U S III.

De Principiis ad externam Actuum humanorum Regulam seu legem spectantibus.

#### §. I.

#### PRINCIPIUM I.

Omnia sunt licita, quæ nulla lege aut Iure sunt verita.

#### *Sensus.*

Hoc est, quamdiu non occurrit animo, actionem aliquam nec Rationi velut legi naturali, nec legi divinæ humanæ contrariam esse, tamdiu credi potest, illam licitam exerceri.

#### *Authoritas.*

Desumptum est ex Nello de Testibus. n. 1. illudque confirmat & approbat P. Gobat in tr. 5. n. 650.

#### *Ratio.*

Quia cum hæ leges sint Regula humanorum Actuum à Natura & ipso Authore Naturæ proposita, hoc ipso dicitur non debet, quidquid huic Regulæ contrarium esse deprehenditur.

#### *Praxis.*

Hinc Deducitur 1. Eum, qui die Festo Sacrum aut non debere jejunum id præstare, nisi per accidens cibis potest

præius acceptus ipsum à debita attentione impediret.  
P. Gobat. tr. 5. n. 419. probans ex alio axioma à S. Paulo  
1. Cor. 4. tradito: *Vbi non est lex, ibi nec Prævaricatio.*

Deducitur 2. Non peccare Sacerdotem, qui Matutinum  
sacri celebrationem non recitat, cum nulla lex eam re-  
mouendam præcipiens afferri queat, uti communior docet  
sententia Theologorum.

Deducitur 3. Eum, qui deliquit mortaliter, non teneri  
ad communionem sacram, uti Sotus apud P. Gobat. tr.  
2. q. 9. voluit, quia nulla obligatio est asserenda sine lege, uti  
c. 1. de Translat. Episc. & c. legatur 24. q. 2. leg. 99. ff. de  
oblig. colligitur.

§. II.

PRINCIPIVM II.

haberi debent ut infecta, quæ contra ius mani-  
festum sunt confecta.

Sensus.

Hoc est, quodcumque aliquis Actus manifesto Juri  
contrarius est, perinde quoad valorem æstimari debet, ac si  
absolutus non fuisset, nisi certas ob causas ab ipso Jure susti-  
nere, quo modo toleratur Matrimonium contractum post  
interdictum continentia; vel contra Interdictum Eccle-  
siæ cum Neophyta à se in Fidei articulis ante Baptismum  
contracta. Item ordinatio Clericorum, & Consecratio Ec-  
clesiæ ab alieno Episcopo facta; ac Sententia Judicis durius,  
quàm conditione lata, ut ex pluribus textibus probat Cane-  
llus reg. 64. Juris.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. fin. reg. 64. Item ex le-  
gibus, 5. C. de legibus, illudque referunt, & approbant  
Caneillus & Dynus in cit. reg. Juris.

Ratio.

Quia leges non debent fovere iniquitatem, atque adeo  
non approbare eos Actus, qui contra Leges sunt facti, nisi  
indiget boni communis ratio.

Praxis.